



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Catechesis Pverilis**

**Melanchthon, Philipp**

**Lipsiae, 1543**

**VD16 M 2628**

Quomodo fit hoc praeceptum?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-33561**

## DE DECALOGO. 91

Verò ambulantes in concupiscentia immunda iuxta carnem. Itaq; exempla testantur publicis calamitatibus sèpe punitas esse libidines. Ephes. 4. docet cæcitatem & securitatem comitari libidines, cum ait, Qui cum dedoluerunt se tradunt immundiciæ. Et Oscar monet cæcitatem pœnam esse libidinū. Ebrietas & fornicatio auferunt cor. Sunt autem gradus libidinum, qui & pœnarum gradus habent in exemplis sacrarum literarum & legibus. Nam imperia debent publicis pœnis hæc flagitia puniri, sicut testatur hæc sententia, Lex est posita iniustis. Hic autem intelligamus etiam uicina uitia prohiberi, quæ alunt libidines, qualia sunt intemperantia, ocium, luxus, si- cut ait Ezechiel cap. 16. Hæc fuit iniquitas Sodome, superbia, saturitas panis & abundantia, & ocium, & manum egenti non porrigebant. Ideo fecerūt abominationes propter quas deleui eos. Ut autem propheta coniungit uicina peccata, ita hic prohibentur omnia uitia quæ alunt libidines, ut intemperantia, otium, ebrietas.

## Quomodo fit hoc præceptum?

**I**T A fit, cum agnoscimus immundiciam nostram, & fide statuimus nobis Deum proprium esse propter Christum, & incipimus Deo

Deo obedire in hoc præcepto sic ut in timore  
Dei & propter Deum repugnemus affectibus,  
qui ad libidines incitant, & abstineamus à scor=  
tatione, adulterijs & incestis libidinibus, sed con=

iugio piè utantur illi quibus est opus, iuxta illud  
Pauli, Propter fornicationem unusquisque ha=

beat uxorem suam. Nam coniugalem consuetu=

dinem approbat Deus sicut Christus clare docet  
Matt.19. Et Paulus 1. Corint.7. & 1.Timot.2.  
Hæc imchoata obedientia placet Deo, propterea  
quia sumus facti filij, & habet ingentia præmia  
sicut testatur exemplum Joseph. Et quanquam  
hærent in nobis uiciosi affectus, tamen condonan=

tur ijs, qui repugnant & credunt in Christum.

## DIC SEPTIMVM

præceptum.

Non furtum facias.

## Quid præcipit?

**V**Itæ opus est rerum usu, possessione, &  
contractibus. Ideo iam docet etiam in his  
rebus Deo seruire, & primum, quia ue=

tat furtæ, sequitur quod liceat suum cuique tene=

re. Quare rerum distinctionem & dominia ap=

probat. Estq; doctrina utilis conscientiæ, intelli=

gere quod Deo placeat hæc externa & politica  
ordinatio